



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Praeceptvm Tertivm. Memento Vt Diem Sabbatvm Sanctifices.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POP VLARES

Per hoc tamen nō prohibet, quin exactus iurare debeat quilibet fidelis, siue in q̄ exactus ui alteri⁹, aut necessitate fratris. Quin potest ex me extorquere uel hostis, uel amicus, ut faciā omnia que uult, dūmodo sint licita, sicut dixit sequenter, q̄d auferenti palliū, & tunica dimittēda, & etiā alia duo millia passuū eunda. Iam enī non ipse iurat, quia nō est suā uoluntatis, sed serui per humilitatē alienā uoluntati, uel per charitatē alienē necessitati. Cessantibus ergo ijs, nullo modo licet iurare, quin sit peccatū & a malo, q̄a ex mera uoluntate iurat, sine necessitate. Christus enī eo in loco instituit hoīem interiorem, qui nō tantum p̄ iuriū, sed etiam iuramentū iurare debet. Iudæis prohibet. Ne falsum iurent, Christianis aut̄ etiam ne uerum iurent, quia p̄fectior & integrior esse debet honor noīs dei in noua lege, q̄ ueteri.

Secūdo. Quia Christianus temporalia nō debet amare, ideo propter ea num̄ debet iurare. Quoniam qui nō debet quærere quæ sua sunt, quō etiam pro eis iurare p̄mittē, pluris itaq; nomē dei q̄ sua estimare debet. q̄d tūc apud Iudeos dissimulatū est

Ubi uero alteri seruiendū fuit, ibi sine scrupulo, tñ cum timore dei, frater fratri tenet̄ facere, quæ sunt pro eius necessitate faciēda. Et ratio est prohibitionis, quia scit q̄d nos nō assumim⁹ nomen domini, nisi inuanū semper, præterq̄ ubi in charitate & humilitate pro alijs, uel sua salute assumitur, q̄d fundamentū est huius prohibitionis. Primo Corin. vii. Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto &c. Vel melius, Non iurare oīs no, dicit̄ contra eos, qui effugiū quærunt, quia iurant, sed non p̄ nomen domini, sed per cœlum, terrā, Hierusalē, caput, animā, quasi ideo non sint rei, si periurent, quia non per nomen dei iurant, ac sic iurare eiusmodi, quasi pro nō iurare reputant. Quod hæc sit mens Christi, uidet̄ ex hoc, quod statim secutus exponit quō non uelit iurari omnino, scilicet neq; per Hierusalē &c.

PRÆCEPTVM TERTIVM. MEMENTO VT DIEM SABBATVM SANCTIFICES.

HOc est præceptum meū, ut diligatis inuicem. Io. xv. Charitas plenitudo legis, ait Apostolus. Qua habita, nulla est lex necessaria, Sine qua nulla lex satis est. Igitur in hoc tertio præcepto, iam opus præcipitur, immo quies, ut nō offendatur

Præceptum

deus operibus. Neq; enim aliquod in eo præcipitur opus. Quare hæc tria præcepta parat hominem deo, uelut puram materiam ut quiescat corde, ore, opere, id est, interiori & exteriori, & medio homine, qui sunt sensualis, rationalis, spiritualis, & sit pura quies. Hic ante omnia duo noranda sunt.

Primum, Quod Sabbatum fuit Iudæis præceptum in figura, sicut expresse significat Apostolus Colof. ij. Quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Vnde opera seruilis seu manualia, cum sint utiq; bona, significant opera peccati, & illicita ueteris hominis. Nam sicut quædam animalia erant immunda, tantum significatiue in seipsis bona, munda, sana, quia creata a deo, & tamen immunda & mala significabant, Ita & opera corporalia, quæ de se sunt bona, tamen prohibita sunt, ad significationem futurorum, id est, malorum reuelandorum. Sic sabbatum significat ipsum spirituale tempus, quod sol iustitiæ Christus illuminauit, quod non habet noctem. Vnde Isaiæ. lxvi. Erit mensis ex mense, Sabbatum ex sabbato. Et Apostolus Galatas arguit, quod dies & menses obseruent, & tempora, & annos secundum ritum Iudaicum id est, externe tantum. Ideo istud præceptum cessauit proprie, imo omnia, quo ad perfectos Christianos, Quia iusto non est lex posita.

Veruntamen ecclesia festa retinuit, propter necessitatem uerbi dei, pro imperfectis. nam iustus uerus, sic deiformis est, ut sicut deus indifferens est ad omnem diem, omnem locum, omnem personam, ita & ipse. omnis dies est illi festus. Verum infirmis, qui non dum sunt mortificati secundum ueterem hominem, illis opus est, ut certis officijs, diebus, modis occupentur, uigilijs, ieiunijs, laboribus, orationibus, disciplinis, & similibus, quibus perueniant ad profectum interioris hominis, ut ubi corpus castigatum, & in seruitutem fuerit redactum, & mortificatæ passionibus ipsa cessent paulatim, & tantum minuuntur, quantum profecerit interior homo, adeo ut si perfectus fuerit, illa omnino cessare debeant, hoc est, quod Apostolus ait, Lex pædagogus noster fuit in Christo. Nihil enim ad perfectum duxit lex. Ioannes autem præcessit parare domino plebem perfectam.

Proinde, qui illis operibus factis, uelut magnam aut totum se fecisse putat, & ibi stat, confidens in illa, securus, nec aliud per ea quaerens, ipse est uetula Ephraim docta diligere trituram, qui hoc putat

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POP VLARES.

esse bonū hominē, bona operari. s. cū hoc sit, hominē parari, ut bonus sit. Est em̄ baptisimus aquæ tantū. De quibus in tota scriptura, multa im̄o fere omnia dicunt, sunt enim hypocritæ, iusti ciarij, qui & scripturā ad hæc torquent, nescientes (ut ait Apostolus) neq; de quibus affirmant, neq; quæ loquuntur. Sicut artificij cuiusq; discipulus, ea facit, quæ artifex nō nisi libeat facit, sed per hæc ad magisteriū proficit, quod si in ijs steter, uelut om̄ia sciens, stultus & ridiculus omnibus erit. Sic hic per bona opera, nō effici mur boni, sed perparamur. Non enim operando, sed patiēdo boni sumus, cum patimur diuinas actiones, quæ ipse.

Igitur hoc præceptū Ecclesia, & multa alia figuralia tenet pro infirmis exercendis, ut proficiat, nō ut ibidē stent, ijs factis securi

Secundo notandū, quod B. Grego. hic quærit, Quare dominus id unū mandatū adducat, cum om̄ia scripta plena sint mandatis. Verum omnia mandata (ut dixi) requirūt charitatē, cum sine charitate, id est, facili, prompta, hilari, libere, uolūtate, si implentur, nō implent, manet em̄ inuita, ideoq; & rea uoluntas, licet opus faciat manu & extra. Sic enim, Qui offendit in uno, factus est omnium reus. Sic psal. i. Beatus uir dicitur, cuius uoluntas in lege domini sit (id est, qui habet charitatem, & diligit proximū.) Et psal. cix. Populi tui spontanei. Et Apostolus, Hilarem datorem diligit deus. Non enim placet deo coacta seruitia, sed libera, & uoluntaria, ut psal. liij. Voluntarie sacrificabo tibi. Voluntas ipsa est charitas secundum beatum Augustinum.

Quare ergo non dedit, & sufficit in uno illo?

Respondeo, sufficit quidem, sed ostendendū fuit hominī, in quibus charitatē habere deberet. Ne falsa opinione & fiducia se ipsum seduceret, charitatē sese habere putans, cū nō haberet. Facile em̄ optima de nobis, & pessima de proximo sentimus, cū debeamus cōtra. Ideo decalogus præceptorū uelut speculū est, in q̄ homo seipsum cōsideret, in quo & quantū deficiat aut pficiat. Nam in illis omnibus, non oportet attendere, ut faciat, sed oīno quo corde & uoluntate faciat. Data sunt inquam in cognitionē nostræ uoluntatis, deinde & in exercitationē eiusdem, quæ oīa fiunt in onus ijs, qui inuiti, & difficiles sunt. Nam ecce ut id ipsum declarem, primū mandatū omnia alia in se continet. Qui enim hoc seruat, om̄ia seruat, & qui aliqd non seruat, hoc

non seruat, quia cor eius aliud q̄ solum deum respicit. Verum Adam ille uetus noster a deo peruerse superbus est, ut sepius uelit sapientior & sanctior uideri, quam omnes sancti. Idcirco fronte posita audet dicere, se primū mandatum seruare, & sibi nō esse consciū. Non idolū habere, nihil iuxta deum amare. ideo remittendus fuit ad opera & uerba, quae ei testimoniū perhibeant de seipso, & eum conuincant superbe temeritatis, uel mendacij. Ut si praesumit quod nō habet deum alienū, quaerat linguā, si iuret: si inuanū assumat nomen dei: Quia ex abundantia cordis os loquitur, facilis est error in opiniōe cordis, & lubrica temeritas. Neq̄ facile potest sciri an seruet primū, nisi opera & uerba interroget.

Igitur, si iuret, aut uane deum nominet, sciat se mentiri, aut falli. Si dixerit se deū amare, & primū praecipitū seruare. Non recte discutit & probauit cor suū. Sed ecce, seruare uideatur sibi & secundū. Non est sibi conscius, interroget se in tertio, an promp̄te sanctificet sabbatū, an auide uerbū dei audiat, oret, meditetur, legat disputet de deo, intersit diuinis. Si haec nō facit, uel difficilius facit, q̄ alia sua, si dixerit se seruare primū & secundū, fallitur. opa enim testimoniū perhibēt de eo. An potest fieri, ut quis assumat nō uane nomen dei, qui ipse uanus est: Quomodo uanus aliud agat, q̄ uanum: uanū loquitur, uanum cogitat, etiā si deum cogitet, loquatur. Vanus aut̄ est, qui alia agit, q̄ quae dei sunt, & inuitus quae dei sunt, praesertim, quae sua sunt. Et omnis homo uanitas

Tertio, uideat sibi & hoc seruare, crassius signū probet, uideat quō suscipiat uicarios dei, quos uidet, parentes inq̄, & praesidentes: si hos uiliter aestimat & cōtemnit, quos uidet, quō audet dicere se deum aestimare, & non aliud praesertim illo, quem tamen nō uidet.

Quarto in ijs, quae ad proximū, quem diligere utiq̄ est uolūtas dei, quae in primo precepto intelligitur semper. Si dicis quod diligis proximū, & eum odis, mordes, detrahis, laedis, despicias, occidis, maledicis, contumeliaris, ecce opus tuum testimoniū dat contra te. Item, si nō defendis laesum, excusas, benedicis. Quia dilectio facit haec, si est uera. Vide ergo hoc speculum bene.

Quinto. Si nec ex illo te cognoscis: sicut uere non satis ex illo cognosci potest, quia uaria est cōcupiscentia, & nulli satis etiā sui ipsius cognita, ideo p̄ multa, imo per oīa, ducenda, examinanda.

Igitur nō laesisti proximū in corpore & persona, quid si in cor

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

pore uxoris suæ, quæ eadem caro est: Si eam concupiscis, impu
dice inspicias, tractas, alloqueris, aut talia facientem non reuocas,
adiuuas, reducis, quõ diligis eum quæso, sicut te ipsum: cū hæc
omnia uelis tibi ab illo fieri, quia sic utiq; te diligis, tibi faues.

Sexto. Esto & hic tibi nõ sis conscius, & Adam tuus sibi totus
integer uideat, sicut solet secundũ cæcitatẽ suã, cū in nullo sit pu
rus, cogita qd in bonis eius externis pecces, f. an fueris: id est, qua
cũq; fraude ad te aliquid pducas: falsaq; merce, pecunia, mensura
usura, dolo, rapina, furto, cõsilio, cõsensu ei noceas, aut nocueris

Septimo. Quid in bonis famæ: An detrahas, mordeas, & nul
lo linguæ peccato in eũ reus sis: An gaudeas alios facere, quod
ipse omittis.

Octauo. Si in operibus & uerbis integer es (quod rarissimum
est) intra nunc, discute cordis secreta & pondera desyderia eius.
Et nisi mentiaris, inuenies, quod sis plenus cõcupiscentia. Nec di
cas tibi, Non cõcupisco, quia contra scriptura dicit, Quis gloria
bitur, se mundũ habere cor: Nullus est mundus intus, nam non
satis est, ut concupiscentiã frenes, sed & nõ concupiscere debes,
de quibus suo loco latius. Ideo ultima dno præcepta sunt maxi
ma, quæ sola Apostolus ad Romanos adducit, dicens, Non cõ
cupisces. Quare qui dilectionẽ habet, id est, sanã & plenam uolũ
tatem in legem dei, & diligit eam, hic implet legem dei. Non
enim est timendũ, quod diligens deum, nomẽ eius inhonoret,
aut aliũ deum quærat, aut polluat sabbatũ. Et qui diligit prox
mũ, non est timendũ, quod contemnat parentes, occidat, moe
chetur, fureẽ, falsum testimoniũ dicat, aut etiam cõcupiscat. Cũ
potius quærat, ut beneficiat proximo. Dilectio, inquit Apосто
lus, proximo malũ nõ operat, neq; uerbo, neq; facto, neq; uoto.

Verum ad materiã huius præcepti tertij reuertamur. Sabbatũ
dixi, olim fuisse, sicut & nũc, figurale & ceremoniale propter in
firmos. Nunc uero oẽm diem esse festũ, in quor; nullo sit peccan
dum. Quia si ille olim lapidibus obrutus est, qui ligna collegit
in die sabbati, Num. decimoquinto, quid erit, qui in tẽpore gra
tiæ, enormia ppetrant crimina: maxime etiã festis diebus. In ter
rorem nostrũ hoc scriptũ est. Quia ligna colligere, non est malũ
tantũ, sed significat malũ, sicut & alia opa eiusdem diei seruilia.

Primi igit sunt, q crasse & ruditer peccat in die festo, f. luxuria

ebrietate, ludis, ira, homicidijs, maledictis, rapinis, infidijs, fraudibus, dolis, & similibus, de quibus dicit Mala. ij. Dispergā sup uultū uestrū, stercus solennitatū uestrag, & assumet uos secū. Vnde, stercus appellat solēnitates taliū, quia & stercorent in illis, sicut porci immundi. Et Amos. v. Odi & proieci festiuitates uestras.

Hi enim similiter cum Iudæis (de quibus hic loquitur) totum decus festi statuunt in ornatu uestiū, & uictus splendore, & otio laboris. Quæ tria si sola sunt, sine eo quod significant, Iudaicam solennitatem faciunt, & non nisi prouocamenta sunt libidinis, & uitiorum. Nam uenter repletus, & anima otiosa, deinde obiectis ornamentis, coram oculis, quid faciant, nisi ut in luxuriā ducant & mala desyderia: Et non cogitant, qui sic sabbatiffant, quod si hoc esset sabbatiffare, qualibet meretrix hoc posset, & qualibet Turca, aut paganus, immo equus & sus, scilicet comedere & bibere, deinde otuari, tandem pompose adornari.

Hic inuenias aliquos, qui uigiliam ieiunent, nō nunq̄ in pane & aqua, sed diem in crapula, & luxuria cōsumunt. Et factum est uniuersaliter, ut sabbatum celebrius agatur, quā dominica, quia abstinetur a carnibus saltem & otio, & pompa, quæ in dominica prodige aguntur. & uniuersæ uigiliæ sunt sanctificationes, q̄ ipse dies celebritatis, mera scilicet peruersitate.

M Y S T E R I A .

Otium corporale significat otium spirituale, ut cesset a cupiditatibus & cogitationibus malis, ut capax possit esse uerbi dei, quod requirit animā uacua. Quare qualibet Christianus se debet interrogare, quare hodie otiaris: Et sic monumentum & memoriale sibi habere, quod uacandum ei sit, ad deum audiendū.

Ornatus uestimentorū, significat bona opera, ut audire miseriam, orare, eleemosynas dare, & alia misericordiæ opera facere ut Christus contra Phariseos docuit, de quibus latius infra.

Lautus uictus significat meditari, legere	} Beneficia dei. Passionem Christi, & ruminare uerbum dei. Peccata propria. De quibus infra.
--	--

Secundū sunt, qui operibus alias licitis, operantur, ut sunt opera necessitatis & substantiæ nostræ parandæ. Et ij minus peccant q̄

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

præcedentes, & adeo minus, q̄d etiã in multis casibus excusent̄.

Quorum primus est Necessitas. Hæc aut̄ necessitas quomodo intelligenda sit, ambiguum est, quia mire uariat. Est aut̄ non melius æstimanda, q̄ secundũ regulam Saluatoris, qui in Euangelio dicit, non esse peccatum, asinum uel bouem de puteo leuare & adaquare. Ex quo sumitur talis regula, Quod si damnũ imineret tantũ, uel etiam minus, quantũ asinus uel ualor eius pensatur potest opus fieri, quo tale damnũ cauetur. Quod tamẽ intelligitur, si tale aliquid, nõ uoluntate eligente, sed necessitate casus accidente contigerit. Hoc enim addit̄, ne auari sibi licentiã datã arbitrent̄ uendendi, uel emendi, quia scilicet si nõ uenderent uel emerent, eius diei tantũ lucrum, periret. Sic enim nullus esset ponendus dies festus, quia quilibet fraudat lucrũ, dũ impedit negotia lucri & labores. Probat̄ regula, Quia si illud Iudæis p̄missum est, & nõ fuit peccatũ, quantomagis Christianis, qui liberiores sunt a ceremonijs iusticialibus. Ex ijs nunc particularia æstimantur. Ut si mercator in die festo, emerit uel uendiderit, q̄d altero die uel hora, nõ sine magno damno emere uel uendere potest, ut quia emptor aut uenditor transitorius est, neq; expectare uult, hic ideo excusatur, quia non quæsiuit opus & lucrum, sed oblatũ accepit, ut damnũ cauere, alias nõ factur̄ ex intentione, malens quod altero tempore offerretur. Tunc enim sicut oblatum est insperate, ita potest & cito expedire, & ad feriandũ reuerti. Par ratio est de quibuscunq; alijs damnis etiã minoribus, sub ea tamen conditione, ut diuina scilicet missa & uerbum dei non omittant̄, nisi sit necessitas magna, quam arbitriũ boni uiri excuset. Sed ut dixi, de damnis intelligitur, quæ nõ propter nõ usum negotij ueniunt, seu propter intermissionẽ negotij, sed casu. Nam damnũ intermissione negotij, potest omni hora fieri.

Secundo, de coquentibus, & paratibus uictũ, hæc em̄ necessaria sunt, & non est hic Iudaica superstitione insaniendũ, qui non coquunt die sabbati, licet uorent, crapulent̄, & luxurientur. Sic etiã afferri potũ & cibũ licet, & ut nostris moribus accedã, Vas cereuisiæ in cellariũ locare, non est peccatũ. hoc aut̄ magis est peccatũ, quod tot modijs & cantharis educitur, ut etiã usq; ad uomitũ inebrient̄. Sic maius est peccatũ, ex coquina & cellario nimis afferri, q̄ inferri, hoc Iudæi nõ curant, illud aut̄ curant, q̄s se-

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECE

quuntur multi. Mira aut stulticia, qd cibum nō parant. Cur non & amictū omittunt & nudi incedūt: quandoquidē induere est labor & opus. Deinde cur ambulant & uadunt, stant: cur nō sedent, dormiunt: cur comedūt & bibunt: An hęc nō sunt opera Quō ergo sabbariffant, id est, quiescunt: Deinde, non est paruus labor, stare ad missam & sermonem, & diuina officia, qd probo per omnes, qui inuite hoc faciunt, quorum multi sunt hic & alibi. Ergo dicunt illi, ferianđū mihi est, nō laborandū. Et ex praecepto contra praeceptū agunt. huc enim puenit sapiētia Iudaica,

Sic enim aliqui descenderūt ad minuta, ut etiam serra facere, dicant prohibita. Quod si intelligant de ijs, qui uendūt illa, uege est. Virgo aut bene potest mane facere fertum suum, pro decore suo, quia potest illud ruptum reficere, ergo & efficere. Immo uestes induere & ornare se, uestes excutere & purgare p induendo cōponere peplū, & alia ornamenta, nō est contra hoc praeceptū nisi fiat more quorundā, quae a speculo non pnt recedere, & sic p hęc diuina negligant. Quae uero ad superbiā, uel concupiscētiā sese ornant, nō contra hoc peccant praeceptū, sed tanto grauius peccant, quod cōtra aliud praeceptū dei, in die sancto peccant

Tertio de animalibus prouidendis in uictu & strato, mulgendo, pascendo, curando &c.

Quarto de tabernarijs, lanijs, pistoribus, piscatoribus, & alijs artificibus, pro uictu & amictu aliorum agentibus. Non peccat hī, nisi ubi ebriosis & ludentibus, per hęc patrocinentur, & auxilientur, aut faueant.

Quinto, in communi utilitate, ut in reficiendo ponte, prohibendo fluuio, repugūdo hosti, incendio extinguendo, & alijs publicis necessitatibus prouidendo.

Sexto, de medicinis, cursoribus, nuncijs necessaria ferentibus fabris equos sufferrantibus, molendinis &c. Hęc omnia in necessitate excusantur, dūmodo tñ per hęc diuina nō negligantur

Septimo, de nundinas quarentibus, quia alio tempore non possunt. Et ex ijs iudicetur de similibus.

Verum hic mouetur quæstio, An Vuittembergenses sint excusati, quod die festo exercent balistarū artem pro aue deijcienda de hastili erecto, cum id æque possint alio die facere, cumq; non sit hic necessitas, nec pietas, nec modicitas, ac dimidius ille dies

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

festus post prandium, possit deo dari, sicut & ante prandiu. Si-
mile iudicium de armorum ostensione, quasi non & alia die fie-
ti possit aequè bene. Hic domini consules uigilare deberent.

Alterū est modicitas seu paucitas. Ergo omnia opera hic face-
re licet, quæ alijs diebus, dummodo sint pauca. Ut si sutor par uel
duo paria calciorum scinderet, sartor tunicam, mercator uende-
ret aliquid, quod nō exposuit uenale. Sic de similibus per omnia
officia & opera curre.

Tertium est, pietas, ubi subuenit pauperibus & indigentibus
item ecclesijs. Sic enim balneare infirmū, lauare immūdum, uestes,
lectum eius lauare, parare, seruire in uictu & obsequio, est et-
iam sanctum, alioquin & eleemosynas petere & dare non lice-
ret, cum id fratres mendicantes, nunquā in diebus festis agant, si-
militer & alij omnes. Sic uehere eis frumentum, ligna, potum,
cibum, licitum est, dummodo tamen fiat ex pietate, & nō ex cu-
piditate retributionis aut gulæ, ut nunc passim habetur mos.

Tertij sunt, Qui sanctificant diem literaliter, sed non spiritua-
liter, ut qui faciunt quidē opera externæ sanctificationis, sed sine
corde. Et quanq̄ satisfaciunt ecclesiæ, & minus peccent, q̄ præce-
dentes, tñ sunt Cainistæ, offerentes nō personā, sed opus psonæ
tantū euent scandalū, & utinā tñ oēs tales essent, qui peius agūt

Sunt autem quinque facienda pro sanctificatione festi, ut collig-
gitur ex decreto, scilicet audire missam, audire uerbum dei, ora-
re, offerre secundum aliquos, & conteri de peccatis.

Primū. Audire missam. Hic nimiū stulte quidā interpretantur
canonē, uolentes ideo missam legendā altiore uoce, q̄d non ui-
deri, sed audiri sit præcepta, quasi non magis præceptū sit, Cano-
nem missæ, qui solus proprie est missa. pressa uoce legi, ne audia-
tur. cætera aut sunt orationes, & paramenta ad Canonē missæ.
Quod si propter euangelium uolūt eam altius legendā esse, cur
nō cogitant, q̄d aliud est præceptū de uerbo dei, & aliud de mis-
sa. Sed cessent ista uana somnia, cū per oēm ecclesiam nullus nisi
sacerdos solus, missam audiat totā, Magno scilicet eo sacramen-
to, quod Christus uerus sacerdos, quanq̄ multa operat̄ in eccle-
sia p̄ externa sacramenta, & uisibiles ceremonias, in quibus ei fi-
deles cōiungunt & cooperant̄, sicut clerus nunc facit sacerdoti, in

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECE

cantu, oratione, responsione, tñ plurima agit inuisibiliter p nos
bis apud deū, quæ populus & ecclesia eius nō uidet, neq; p̄cipit.

Deinde anceps quæstio est, an satis sit, audire missam matu-
ram. Item, An satis sit, in monasterijs eam audire. Hic distinguit

Si est necessitas (de qua supra dictū est) tunc satis est audire ma-
turam priuatam, uel etiam monasticā missam. Quia necessitas
non habet legem. Vbi autem non est necessitas, distinguitur fe-
re semper, quod si nō omittatur parochia ex contemptu, sed ex
deuotione petitur monasteriū, licet in monasterio audire. Sed
meo iudicio dicam, saluo uniuscuiusq; sensu, in hac perdita tem-
poris miseria, prorsus nō est tutum, relinquī unumquemq; prae-
sertim simplicitatis & rudioris animi hoiem, suæ deuotioni &
discretioni contra apertos Canones. Cuius ratio est, quia ideo
sunt positi Canones patrū, ut dirigant populū. Et debet unicui-
q; sua deuotio semper est suspecta, & tanto magis, quāto magis
placet, cū est contra cōmunem usum, uel decretū patrū. Cū scia-
mus, qd angelus Sathanae in lucis angelū sese transfigurans, sum-
me sit timendus & cauendus, Qui sub specie deuotionis facile o-
mnia decreta solueret. Et illud Deut. xij. & Iud. xix. ubi p̄cipitur,
imo prohibet, ac reprehendit, ne quilibet faciat, qd sibi rectū &
bonū uidetur. Alioquin, primo auferet timor ab hominibus, &
reuerētia ecclesiae suae, & cōmunitatis. Deinde nutritur securitas
etiā paulatim ad maiora alia pmittenda. Tertio, Redit illa anti-
qui populi licentia in excelsis, & lucis, & extra templū religio, q̄
summe prohibita fuit. Nam de facto uidemus, hac deuotionis
licentia permessa, non tantū parochias, sed etiā monasteria ciui-
tatis dimitti, & ecclesias campi, & uillarū, eadem deuotionis si-
mulatiōe p̄ferri. Et sic ecclesiae cultū, in tabernae redigi frequen-
tiā, ac nundinae negotiationē, praetextu dedicationis, patrono-
rum, uotorū &c. Dico igitur mea sententia, Quicquid sit de ali-
bi audienda missa, nulli esse licitū in hoc ipso suum iudicium, su-
am opinionem, suā deuotionem sequi, sed auctoritatem eccles-
siae, & captiuandum sensum in obsequium Christi, quia scriptū
est, Stultus est qui confidit in corde suo. Et ecclesia non potest er-
rare. quilibet aut potest in sua deuotione errare, cū & multi pro-
phetae, sancti, reges similiter errauerint, nobis in monitionē &
terrorē, Ne ergo ulli credas glossae, super decretū istud, qui enim

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

sic glossat, ignarus est in lege dei, & nondum cognouit, quid sit diabolus & homo, multo minus, quid sit deus. Et mira peruersitas glossæ, quæ uagam concedit deuotionis licentiã, quam textus data opa, uoluit coercere. Immo semper, quicquid tibi teipsum dederit ac permiserit, tene suspectum, quia facit ut inuentur uoluntas tua in ieiunio tuo, ut dicit Esa. Sic illusit Micheas Ahab dicens, ascende &c. Quicquid aut tibi teipsum abstulerit, hoc sequere Matth. vi. Esto cõsentiens aduersario tuo &c. Mich. vij. Ab amico custodi te. Item, Ois amicus fraudulenter incedit.

Secundũ, Est audire uerbũ dei, quod iterum sub præcepto est in parochia audiri, sicut & missam, nisi ubi intermittitur, propter dedicationẽ aliarum ecclesiæ, uel monasteriorũ. In quibus post prandiũ audire, est de consilio quidem ecclesiæ, sed tamen de præcepto dei, qui uult uerbũ suum omni deuotione ubiq; audiri. Et hoc secundũ est magis necessariũ, q̃ primũ, imo primũ est propter hoc secundũ, ut ex Christo patet, qui dicit, Quotiescunq; hæc facietis, in meã memoriã facietis, q. di. nõ celebrabitis missam, nisi prædicetis Euangeliũ. Et Apostolus, Quotiescunq; enim manducabitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis, mortẽ domini annunciabitis &c. Ideo nõ licet missam p̃ficere sine Euangelio, priuatã priuato, publicã publico. Immo in primitiua ecclesia, etiam excõmunicati, pœnitentes, catechumeni, energumeni, intererant missæ usq; post euangeliũ, quæ & missa catechumenon uocabatur, ut ex Dionysio patet, q̃d utinã adhuc hodie fieret, ut saltem uerbũ dei audirent excõmunicati, quo facilius intelligerent, ac cõpungerentur. Atrox esset nimiũ excõmunicatio, etiã ab auditu uerbi dei, q̃d tamen oibus creaturis p̃ceptũ est p̃dicari

Hic iterum quæstio est.

An satis sit audire Euangeliũ missæ priuatæ. Respondetur, q̃d sit satis, si est intelligens simul, & coactus proficisci. Alioquin etiã si intelligat, tenetur tñ uocale audire solẽniter. alioqui cuilibet liceret publicã prædicationẽ relinquere, & fieret ipsa contemptibilis. Immo si fuerit necessitas proficisci, etiam si non intelligit, imo si nõ audit, est excusatus. Debet tñ quilibet nõ solũ cogitare quãta necessitate cogatur absens esse, cũ sit corporalis, sed etiam quanta necessitate uerbum dei sit habendum, cum sit spiritualis. Ideo pietas cœlestis debet semper uincere cupiditatẽ terrenam.

Hic tamen notandū, qđ si populus tāto rigore, ad audiendū uerbū dei est astrictus, quanto quæso sunt astricti sacerdotes, ut etiā uerbū dei dicant, & dici procurent: Quod cum sit super oīa præcepta instantissime mandatū, nescio qua miseria, hodie nihil minus curatur, in multis locis penitus obmittitur, in plurib⁹ ea prædicant, quæ obmitti salubrius erat. In alijs locis prædicantur humana, & doctrinæ iuris ac philosophorū. EVANGELIVM, id est, memoria Christi tam rara, ut horror sit hoc attendere. Cogitur populus ad parochiā, & non obedit, quia cogunt sacerdotes euangelizare, & non faciunt. Quid ergo mirū, si uagenť populi licentia superstitiosa ad alias ecclesias, quando sacerdotes nugant, crassa ignorantia, per fabulosas & uanas doctrinas: Tu non prædicas euangeliū, & grande crimē putas, qđ populus discurret ad idolorū excelsū: Cum tu absis ecclesiæ, & officio & uerbo, quid sequet, nisi ut populus absit & obsequio & auditu: Tu ad literā es intus inutilis, spiritu foris. Ideo & populus corpore migrat foris pariter & spiritu, tāto minus peccās q̄ tu, quāto promptior est audire euangeliū si diceres, imo si didicisses. Tui occasione igitur euacuat ecclesia. & pasua & uictū ouibus, dum cogis pecus in caulas, negas. Ideo dispergunt oues Christi in montibus, quia non erat pastor, dicit dominus.

Tertiū est, Orare, de oratione multa sunt dicēda, hic tñ de uocali uult intelligi, quod non est negandū, sed tñ ea debet esse minor & modica ad orationē spirituale. Oratio em̄ est ascensio mētis in deū, uerba sunt scale, sed uox est apparatus scalarū. Ideo dixi, quod hi sanctificāt diem literaliter & male, qui uoce tantū orant, imo non orant, sed orationes tantū proferunt aliorū, nō aliter q̄ sicut liber, alterius scriptiones & uerba ipse mortuus nihil intelligēs. Vel sicut organū profert cantū cleri, ipse nihil sentiens, aut intelligēs illū, quod hodie magnū est mysteriū, quale est em̄ organū, talis & clerus, id est, boator sine sensu, uox sine uerbis, sicut organū non nisi uelut mutam & elingue uocem, ac sonum refert. De spiritali autem oratione postea in quinto.

Quartum, secundum quosdam est offerre, sed hoc abolitum est, licet in Ecclesia primitiua fieret hæc oblatio panis & escarum in communi, de quo offerebatur. & reliquum in pauperes conferebatur. At nunc uice huius, dotata sunt ecclesiæ, monasteria,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

hospitalia &c. pro pauperibus.

Quintū, quod est maximū & oīm primū, scilicet reconciliari deo, per examinationē conscientiae, & cōtritionem peccatorū.

Hæc autē contritio sic paranda est, ut non tantū ex odio, quantum ex amore procedat. Ex amore autē procedet (ut rudibus exempli gratia dicā) si homo secū ruminet beneficia dei in se per totam uitā collata. Tum illis opponat suā ingratitude, & uitia, in abusu talium bonorū, ut quod dedit v. sensus, tot periculis seruauit, tot bona corporis, mentis rege dedit. Quæ oīa non bestijs non lapidibus, non deniq; plurimis hoīm dedit. Post hæc fiat ascensus ad spiritualia, quod filiū suum misit in carnē, crucifigi, mori, & alia infinitæ dignitatis, tandē promissa æterna bona. Hæc oīa ruminata, & peccatis cōposita proprijs, mire excitant odiū ac detestationē sui, amorē uero & laudem dei. Hæc est uerissima cōtritio, uiua & efficax, ubi illa, de timore inferni, & peccati turpitudine, est literalis ficta & breui durans, quia non radicata amore, sed incussa timore tantū. Sic de quodā legitur, qui per totam uitā pessime uiuens, miris tamen beneficijs, ac donis dei prouehēbat, tandem etiā ad episcopatū prouectus est. Tunc ad se reuersus, & admiratus dei benignitatē erga suā indignitatem exclamauit. Vicisti dñe, & conclusisti me nimia bonitate tua, ideoq; Ecce amodo totus tibi seruiā, & ita fecit. Neq; contemni debet rudis ille ascensus a primis corporalibus bonis &c. Nā legit in historijs, qd tēpore Cōcilij Constan. duo Card. ad Conci. equitantes, pastorem in agro flentē uiderunt. Vnus autē eorum animo misericordiore, nō possum (ait) abire, nisi audito illo homine & cōsolato, & accedens, causam fletus percunctat. Ille dissimulat tristis, instat Cardi. & cogit fateri. Tandem, ecce inquit, hanc bestiā (buffonem intuitus) tam eximiam creaturā fecit me deus, hominem erectum, decorū, rationalem, & nuncq; gratias egi, quod non me quoq; tam deformem buffonem fecerit, hoc est quod amare fleo. Tunc Cardi. insolita contritione hominis percussus & sua maiora beneficia, maiore ingratitude sua, subito conspiciens, de mulo examinis cecidit. Tandem leuatus cura famulorū, & in ciuitatem perductus, semp̄ exclamauit. O Augustine sancte, quā uere dixisti, Surgūt indocti & rapiunt cœlū, & nos cum doctrinis nostris, uolutamur in carne & sanguine.

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

Hæc sunt opa ueræ sanctificatiõis, q̄ significant oibus exterioribus. Sic Tren. iij. Memoria memor ero, & tabescet in me ania mea. Sine ijs duobus, non accenditur mens & cor. Corde aut non succenso, oia alia frigide, uane, & noxie fiunt, quia sine fructu. Et hæc duo debet ex Euangelio audiri, auditaq; ruminari. Sunt em hæc duo, scilicet dei bona, & nostra mala, scala ipsa in deũ, in qua descendimus in nos, & ascendimus in deũ, sicut figuratum est Gen. xxviij. Sũt etiã duo illa sacrificia, laudis & cõfessionis, de qbus, Sacrificiũ laudis honorificabit me. & q̄ ille sit ascensus in deũ, sequit. Et illic iter, q̄ ostendã illi salutare dei. i. reuelabo ei æternã salutẽ. De altero, cõfessionis scilicet, sacrificiũ deo spiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatũ deus nõ despiciet. Et hæc duo simul oportet offerri, ut sint eo perfectiora.

PRAECEPTVM QVARTVM.

27. 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.
HONORA PATREM ET MATREM, VT SIS
LONGAEVVS SVPER TERRAM.

Hoc præceptũ ludæi fecerũt irritũ per traditiones suas, sicut & omia alia, Quia honorẽ hunc exponebant solũ in uerbis & signis, irritatores facti uerborũ legis. Quia enim honorare significat signũ reuerentiæ exhibere, acceperunt illud secundũ huius significationis corticem, ut solo exteriori signo honorãdos docerent. Sed ut sapius dixi, Lex domini est spiritualis immaculata, cõuertens animas, ac interiorem instituens hominem. Ideo cor primum obligat & requirit. Quare procedamus secundum hunc duplicem sensum, scilicet literæ & spiritus.

Honor parentum spiritualis, est exhibitio cordis, & reuerentia promptæ uoluntatis. In quo includuntur duo.

Primo, prompta obedientia ac uoluntas ad omnia, quæ uolunt parentes. Secundo, digna æstimatio & opinio parentũ. Honor em cordis, est magna pietas, & maior q̄ charitas in proximũ, quia charitas solummodo diligit, prompta seruire proximo, & preciosum eum existimãs. Ideo istud præceptum statim post præcepta primæ tabulæ ponit, quia est de illis, qui sunt uicarij dei, quare sicut deus colendus est honore & timore, ita & uicarius eius. Patet itaq; quod qui spiritualiter honorat parẽs exhibet eis primo promptã obediẽtiã & uoluntatẽ. Ac per hoc